

Prisci Patres David, et Solomon, quor. sententijs se subscripserunt Aristoteles et D. Thomas duo aculeorum genera docuere, quibus homines ad observandas leges impellerentur externum unum, et internum alterum: Externum est poena, vel premium. Internum est legis amor, et uehemens quadam illi parenti delectatio: Externum si nihil aliunde sumat, parum pungit, et accendit; non enim in lege domini, in qua tantummodo sunt pior. uoluntates, ut qui die, nocteque illam meditentur; sed sub lege homines collocat, sub qua nullus probus inuenitur: dicente scriptura iusto non est lex posita. Deinde qui aliqua spe premij ductus legi obtemperat mercenarius est. de quo scribitur. Mercenarius fugit, quia mercenarius est. Qui uero pena timore paret, non uere paret, ut qui peccare non odit, quemadmodum false in carmine legitur, oderunt peccare mali, sed amat. Dehinc timor non diuturnus est, ut dicebat ille custos officij, Patet igitur quod externa incitamenta nisi internis adiuncta fuerint, parum ad legis observationem prodesse possunt.

Internum autem legis scilicet amor, licet efficax sit, hominum tamen infirmitate et imbecillitate factum est, ut non diu citra externum aduinculum consistere possit. Nam etiam si timor non sit in charitate, perfecta scilicet (ut intelligendum esse admonerat D. Augustinus) quam Apostolus subiungat, perfecta charitas foras mittit timorem. In inchoata autem charitate non solum est timor, sed quodammodo eius est custos, sine enim timore summa securitas uel petulantiam uel negligentiam parit. At uero si hæc gemina incitationes interna scilicet, et externa simul iunctæ fuerint, apprimè lex ipsa observabitur. Itaque si propositis Sui Canonibus isti adoptentur, erit sancta Synodus notis sui compos, que scilicet ratio iniri possit, ut Pastores gregem curent.

Ad primum itaque genus, quod est huius sanctæ legis amor, et obsequium nihil est quod æquè conducat, quam si auctor legis quis fuerit

conoscatur. Nam si declarabitur Deum eius legis latorem esse
teste Davide ad eius observationem ardentius inflammabuntur
homines, inquit. ille, Ignitum eloquium tuum uehementer, et seruus
tuus dilexit illud. Præterea hoc nobis à natura insitum est, ut
eo libentius, promptiusq. obtemperemus, quò qui iubet est nobilior
hoc certè nedum apud Philosophos est, sed etiam apud Iuriconsul-
tos, qui dum uaria legum discrimina constituunt, ut Sac Plebis cetera
illa Senatusconsulta nuncupentur, ijs nominib. innuunt, quod
legis auctoritas uel minuitur, uel augetur. Et in Ecc.^{ci} Legib. ne-
quit inficiari, quod plus ponderis generalium Concilior. Canones
habent, quam Prouincialia Decreta.

Præterea hoc sic se serè patet ex uarietate, qua sacra utuntur
scriptura, Verbum, et imperium Regis urget, Nam minor. principu
tantum iussa commouent. Sed urgent maior. imperia. Si quis ad huc
seret, consulat D. Paulum in Ep. ad Hebr. primo, secundoq. capite
in quo legem Euangelio comparans Sac argumentatione utitur. Quo-
diens Deus nobis per præstantiorem loquitur, diligentius au-
diendus est. nunc per filium, et sibi æqualem, et angelis præstantiore
locutus est, ergo illius dicta uehementius oportet auscultare.
Est itaq. Diuina legis hoc proprium. Tu mandasti mandata tua
custodiri nimis, Sed donemus etiam ita esse, quod æquè custodi-
atur lex si humana. iure sancitum sit, ac si Diuino fuisset: non
est tamen possibile quod æquè perfectè seruetur. Nam eo perfectius
lex ipsa custoditur, cum magis fini, ad quem instituta est, respon-
det. Sunt autè maxime diuersi fines Humana et Diuina legis, cum
Humana sit finis externa politia, Diuina autè celestis et beata
Si itaq. Diuina sit hæc lex, et Humana credatur, ad Humanum

finem dirigatur necesse est: quare non perfecte observabitur.
 Sed esto, quod aequè perfecte, non tamen aequè tuto custodiri poterit.
 Ingens n. periculum est sic sacra humana miscere, ut humana veluti
 Divina venerentur, vel Divina ut humana contemnantur. Explicat
 hoc periculum ex Propheeta dñs Matth. xv. cum, inquit, sine causa
 colunt me docentes doctrinas, et mandata hominum. Non damnat his
 verbis servator noster hominum mandata, ut Lutherani blasphemant:
 sed reprobat cultum, timoremque Dei mandatis hominum inniti. Quodq.
 hominum mandata nobilitatis sedes occupent, quae Dei mandatis propriè
 conveniunt. Si igitur praeceptum aliquod humanum veluti sit Divinum
 veneremur, praeculum est, et ut inquit scriptura, Frustra Deum colimus.
 At si quod Divinum est, ut humanum sequamur, summa Deum in-
 iuria afficimus. An hoc sit ingens periculum, vos testes appello, et imploro.
 Audimus enim omnes ab aliquib. assertum hoc in loco fuisse, quod paria
 sunt Divina: humanaq. mandata. Non ambigo de fide, rectaq. et
 Catholica illor. intelligentia in hac propositione, sed de periculo tantum
 loquor, in quod useamur, si quo iurè nobis praeceptum sit residendum
 esse, exploratum non fuerit. Nam propositio hac, quod paria sint Di-
 vina, humanaq. mandata in alior. ore, quor. fides non esset perspicua
 non toleraretur, cum Propheeta, Evangelio, Duoq. Paulo 2. ad Hebr.
 cap. repugnet. Illud aut, quod Luca x. scribitur. Qui vos spernit,
 me spernit: qui vos audit, me audit, non convincit aequalitatem
 sed duntaxat quod non audientes Ecclesiam, peccato sunt obnoxii:
 quodq. tota peccandi ratio est, quia Deus ipse offenditur: quod et
 in Propheeta legimus. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci
 cum Uram interfecisset. De D. aut Roma sententia omnib. cui
 Studiosis notissimum est inter humana, Divinaq. Us dia ration

Nam ubi ex professo hanc rem disputat. ut in 1^a secunda in questionibus de malo. in 2^a secunda questione 104. apertissimis uerbis docet. precepta ob auctoritatem precipientis inaequalia et disparia esse. nec sibi ipse contrarius est. cum in 4. sententiar. distinctione 40. asseruerit eandem habere efficaciam obligandi. quam preceptum Diuinum. Namq. non de obligatione. qua peccato quis obnoxius est. sermo erat. sed de efficacia ad dirimendum matrimonium. Aque enim matrimonium dirimebat impedimentum ex aucte Ecclesiae. sicut ex lege Diuina. Differunt autem haec duo. quia Matrimonium non posse consistere ad negationem spectat. quae non suscipit magis et minus. et ideo inter dirimentia matrimonium. inter dirimentia dico. non inter impedimenta. nullum potest esse discrimen. Peccatum autem ad genus priuationis pertinet. quod magis et minus suscipit. Hinc sicut unus magis et minus aeger est. ita magis et minus peccat. Habet praeterea Diuina lex igniculos mille. quae maxime ad excitanda hominum desideria ualent. quorum summa a Davide in Psal. 18. colligitur. cum inquit Lex domini immaculata. conuertens animas. Habet agnita miram suauitatem. dicente Propheta. Desiderabilia super aurum. et lapidem preciosum dulciora super mel et fauum. Habet immortales. sempiternasq. promissiones. immo promissiones Euius uitae. et eterne. immo et retributionis. Etenim dicebat David. Seruus tuus custodit mandata tua. et in cultu. diendis illis retributio multa. Huius impulsiois energia usus est Moses legibus suis addens. Haec dicit dominus. Hunc imitatus est D. Paulus. qui frequentissime moueat. Non ego. sed dominus dixit. Hoc edem D. Joannes. Non mandatum nouum (aut) do uobis. sed quod audistis initio. Hor. exempla forsate Ecclesia imitata est. sed (ut coetera omittam) uice omnium erit Concilium sub Clemente quinto Vienna congregatum.

Nam cum pluries usuram Ecclesia frustra prohibuisset, quemadmodum nunc de Residentia contingit, sanxerunt Patres illam fuisse Divino iure prohibitam: unicum hoc remedium ad eam tollendam existimantes, quod maxime Ecclesia profuit. Hoc idem si de residentia sanciretur, eandem Ecclesia utilitatem afferret. Nec ullum vides in hac re *ἰσχυρῶς* *ἀγέρτες*: cum ex ratione methodi compertissimum sit concinne tractationem aliquam duob. locis posse ^{de} poni. Concinne itaq. et comodissime in hoc loco hac res tractari posset. Hæc de primo genere. Quò ad secundum genus ne soli lumen addam, aut acta iam agam, me subscribam.

" (61)

Sicut omnes duodecim illi Articuli fuerint simul propositi tanq̃ in 3^a sessione omnium eorū materiæ essent definiendæ, visum est tñ super 4^{or} primos dicendum esse à patribus concilij p^m et nō super omnes simul, qd et factum est.

In Primi autem ar^{ti} ppositione non ea fuerat intentio legatorū nec id quidem cogitatum qd de residentis obligatione iuris ne eēt divini an tñ humani, sermo habendus esset, multis tñ ex patribus statim occurrit sensus ille, et visum est eis locum datum eē et opportunum, talem rem jellam tradandi et definiendi, alijs vero e contra visum est non id queri nec subintelligi sub verbis ar^{ti}, qua de re nō patu venientis legatos ipos jellam ar^{ti} sic pposuisse, et q̃ntum in ipis fuit impedire conati sunt ne à patribus verba fierent de ar^{ti} jux^{ta} illam sensum, qd et adepti sunt a multis, ab alijs vero id herē nō potuerūt. Dixerunt ergo Impūm super eo ar^{ti} et alijs tribus, cardinalis Madruicū, Præsch Hierosolimitanus, Aquileien^{sis} et Venetus, et Archieps^{us} Maxien^{sis}. nulla habita mentione illius rei eēt ne definiendum, quo jure pastores residere tenerent, jux^{ta}